



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 47. Matthæi Contarelli Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Archidiaconus annexuit. Ceterum Sir- Sæcul. XVI.  
letus Cardinalis supremæ voluntatis A. C. 1585.  
suæ tabulis omnes scriptos suos Codices,  
qui sacram Sedem concernunt, Biblio-  
thecæ Vaticanæ legabat.

## §. XLVII.

*Matthæi Contarelli Cardinalis obi-*  
*tus.*

Septimus denique, ac postremus inter *Ciac tom. 4<sup>s</sup>*  
Cardinales hoc anno mortuos nume- *p. 96.*  
rabatur Matthæus Contarellus natione  
Gallus Hilarii Contarelli, & Guyonæ  
Vivantæ filius, qui anno a partu Vir-  
ginis millesimo quingentesimo decimo  
nono in pago de Morane ad Sartam flu-  
vium in Andegavensi provincia sito pri-  
mam lucem aspexit, ac a parentibus suis  
ad Gymnasium Angerianum ejusdem  
provinciæ, ut ibi literis vacaret, mis-  
sus postea in Italiam venit, ubi Bononiæ  
sua obsequia præstítit Andreæ de  
Bobus legum Doctori, & postea in Ro-  
mana Curia utriusque Signaturæ Re-  
ferendario, Abbreviatorique, qui Hu-  
gonem Boncompagnum consanguineum  
suum Romam accersivit, eique Mat-  
thæum Contarellum tradidit, cum  
vero idem Boncompagnus primo Car-  
inalis, ac postea assumpto Grego-  
rii XIII. nomine Pontifex crearetur, si-  
bique a longo tempore Matthæi merita  
per-

**Sæcul. XVI.** perspecta haberet, eundem utriusque  
A C. 1485. signaturæ Referendarium, & postea  
 Datarium, ac denique Cardinalem re-  
 nuntiabat unacum aliis, quos anno  
 Christi millesimo quingentesimo septua-  
 gesimo octavo in septima Cardinalium  
 inauguratione creaverat: verum Con-  
 tarellus, cum interfuisset Comitiis  
 Sixti V. post Gregorii obitum, supre-  
 mum diem egit Romæ anno salutis mil-  
 lesimo quingentesimo octuagesimo quin-  
 to, ætatis suæ sexagesimo sexto die vige-  
 sima octava Novembbris, atque in sa-  
 cello a se magnis sumptibus constructo,  
 dotatoque in Ecclesia S. Ludovici na-  
 tionis gallicæ sepulcro conditus est.

## §. XLVIII.

*Joannis Molani extrema.*

*Mirœus e-  
 log. Bellg.  
 tom. 4. p. 33.  
 Dup. script.  
 Sæcul. XVI.  
 p. 4. fol. 458.  
 Mailet di-  
 scours. sur  
 les vies des  
 saints.* **H**ic idem annus nonnullis quoque scri-  
 ptoribus Ecclesiasticis exitialis fuit,  
 & quidem hos inter primus obiit Joannes  
 Molanus Insulis in Flandria anno Christi  
 millesimo quingentesimo sexagesimo ter-  
 tio natus ex Patre Henrico Vermeulan,  
 qui ad præfatam urbem concesserat, ut  
 ibidem Gallicum idioma addiscere pos-  
 set: postquam vero Joannes a suis Pa-  
 rentibus studiorum caussa Lovanium  
 missus fuerat, ibidem in Theologia Do-  
 CTORATUS laurea insignitus fuit, ac Theo-  
 logicalas disciplinas publice tradidit,  
 prout